Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35165
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar



amor novo supuemente amore / quam nemo potest
se affectioni obligare duorum / sunt quoque amor
postquam evidenter fuit divulgatus atque inter homines
propalatus sed et alteri coamantium necessitates plurimas
patienti et opportunitates plurima laboranti habundans
manus non occurrat alterius coamantis amor consuevit
ut plurimum indignari et ignominiosum capere finem
Amoris preterea inequalitas fraudulenta dolosaque
cordis duplicitas perpetuo solet fugare amorem
Amator quoque dolosus ab omni meretur femina recusari
et nullius ad hoc debet meritis adiuvari / quia quan-
talibus sit aliquis probitate preclarus et quantalibus
sapientia decoretur si fraudulento in amore versetur
ingenio ab ipsius meretur amoris curia reprobari
Amor enim duos querit fidei unitate coniunctos et
voluntate ydentitatum concordes / alios autem quidem
amoris merito defraudantur et in amoris curia exi-
nei reputantur / sed et supuemens federatio nuptiarum
fugat violenter amorem ut quorundam amatorum mani-
festa doctrina docemur preterea si aliquo fortuitu contigat
eventu / vel aliter amantium ad veris impotentiam
deducatur amor inter eas durare non potest sed illos penitus
derelinquit Amorem etiam fugat et odit furor alteri sup-
uemens coamanti et timor repentinus exortus
hiis tibi breviter et in summa notatis amice alios fi-
nales modos amoris tibi relinquimus explorandos
Non enim tuo prorsus volumus otio indulgere nec te
penitus exonerare labore.

84v